



Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. 28. De 9. consolatione & visione, in qua fuit ei promissum quod
concederetur sibi id quod Virgini Dominae nostrae iamdiu supplicarat,
scilicet quod obtineret ei gratiam, vt certior fieret se in his ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

120 *De nona consolatione*
nus habet in vita æterna , habet
plus quam possit dari alicui ani-
mæ existenti in hac vita ante mor-
tæ corporis : & dico quod anima
mea in illo inenarrabili manife-
stare Dei , hoc intellexit .

Vigesimum octauum capitulum . De
nona consolatione & visione , in qua
fuit ei promissum quod concedere-
tur sibi id quod Virgini Dominæ no-
nstræ iam diu supplicarat , scilicet
quod obtineret ei gratiam , ut cer-
tior fieret se in his visionibus non
decipi .

QUODAM tempore infe-
sto beatæ Mariæ Virginis
aliquanto tempore post conuer-
sionem meam , rogaui beatam
Virginem ut impetraret mihi
gratiam à filio suo qua cognos-
cerem , quod non essem decepta
in locutionibus quæ siebat mihi .
Facta est autem mihi locutio di-
uina promittens mihi , quod ita
fieret . Subiunxitq; dicens . Deus
ostendit

ostendit se tibi, locutus est tibi, dedit sentimentum suum de se tibi. Tu igitur euites loqui, videre & audire omnia: nisi secundum eum: & intelligebam omnia praedicta mihi dici cum multa discretione, & magna maturitate: & in praedictis locutionibus quæ siebant mihi, ego remansi in lætitia, & in magna spe habendi hoc, quod postulauebam. Dixit etiam mihi in praedicta locutione, quod fieret mihi gratia, quod quicquid facerem, faccerem cum sua licentia. Cœpi igitur facere illa tria quæ dicta fuerant mihi: & cor meum fuit leuatum ab omnibus terrenis, & positum in Deo, & quicquid faciebam, siue comederem, siue loquerer, non impediebat, quin cor meum semper esset in Deo, & nihil poteram cogitare nec videre, nec sentire nisi Deum. Et quando steteram ad orationem, & volebam ire ad comedendum,

F

petebam licentiam , & ipse da-
bat mihi dicens. Vade, comedē
cum benedictione Patris & Filij
& Spiritus sancti : & dabat mihi
licentiam aliquando citō , ali-
quando magis tardē : & hoc
durauit tribus diebus & nosti-
bus. Tandem facta in spiritu,
vidi Deum in quadam missa cir-
ca eleuationem corporis Chri-
sti. Post cuius visionem reman-
sit in me dulcedo inenarrabilis
& lætitia magna , qua non cre-
do carere in tota vita mea : & in
prædicta visione certificata sum
de prædicto quod petiueram,
nec remansit in me aliquod du-
biū de hoc : & ibi fuit mihi sa-
tisfactum & totaliter adimple-
tum, quod non eram decepta in
locutionibus prædictis.